Quienim eundem ipsum patrem habere dauid quem filium altissimi 131
uocari pronuntiat· Induabus utique naturis unam xpi personam
demonstrat; Accepit autem sedem dauid ut nimirum gentem iuda
quondam et filii eius temporalis regni gubernacula praebuerunt
ipse perpetuum uocaret ad regnum quod eis paratum est ab origine mundi;
ET REGNABIT IN DOMO IACOB IN AETERNO ET REGNI EIUS NON ERIT FINIS; VI
Et esaias ait; multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis super
solium dauid et super regnum eius ut confirmet illud et corroboret in iu
ditio et iustitia; Non dixit in adquisitione gloriae gazarum que ter
restrium non in uictoria gentium plurimarum urbiumque debel
latione superbarum sed iuditio et iustitia; Per haec enim regnum
xpi et in singulis quibusque fidelibus et in uniuersa per orbem mul
tiplicatur pariter et confirmatur ecclesia; Domum namque
iacob totam ecclesiam dicit quae uel bona radice nata uel de oleastro
est; Merito tamen fidei in bonam est inserta oliuam; Quam post
triumphum passionis alloquens saluator ait; Qui timetis dominum laudate
eum universum semen iacob magnificate eum; Non autem ideo
futuri temporis uerbis magnus exstiturus ihs filius altissimi uocandus
sceptrum dauid accepturus et in domo iacob regnaturus asseritur quia
iuxta quod heretici sapiunt atque a ueritate desipiunt· xps ante ma
riam non fuerit· sed quia homo adsumptus in dei clarificatus est ex
claritate quam uerbum di habuit prius quam mundus esset apud pa
trem· hoc est unitatem filii nomen eandem xpi personam homo cum deo
plenus gratia et ueritate sortiretur· DIXIT AUTEM MARIA VII
AD ANGELUM; QUOMODO FIET ISTUD QUONIAM UIRUM NON COGNOSCO;
Propositum suae mentis reuerenter exposuit· uitam uidelicet uirgina
lem se ducere decreuisse; quamque quia prima feminarum tanta uirtute
mancipare curauit· Iure singulari prae ceteris feminis beatitate meruit
excellere; Quomodo inquit fiet istud· non ait unde hoc sciam sed
quomodo fiet inquid quoniam uirum non cognosco· Ordinem uidelicet